



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 6. Causæ, ob quas Ægyptij, aquis in sanguinem versis, sunt puniti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

novas venas aperientibus, pro limpido liquore, sanguis emicaret, tanquam è vulnere. Piscium quoq; genera extincta sunt, cuncta vitali facultate versa in pestiferam; ut fœtore complerentur omnia, putrescentibus simul tot corporibus. Hominum quoq; siti enectorum magnus numerus jacebat in triuijs; non sufficientibus domesticis ad sepultura officia. Itaque plagæ huius gravitatem, sanguis ipse significavit, & tam densa funera, vt deessent vespillones, aut, qui cadauera sepelirent.

§. VI.

Causa, ob quas Aegyptij, aquis in sanguinem versis, sunt puniti.

Sensit hunc ictum Pharaon, non sensit causam, non agnouit iram Numinis. In duritie perstitit. Iustè agis cū injusto, ô DEVS. *Auferuntur judicia tua à facie eius.* Hinc impatientia, querelæ, furor, atque ex ipsa medicina morbi incrementum. Fuère tamè vel istius quoq; plagæ per aquas illatæ causæ æquissimæ, & justitia cum DEO fecit. 1.

Quoniam, vt ait Philo, Aegyptij, præ ceteris rebus, honorabant aquam, tanquam rerum omnium primam, & principium; idcirco Deus eam primò ad castigandos, plectendosq; noxios adhibuit. 2. Quoniam Aegyptij varias exe-

N 4 crandæ

Psalm. 94

**De hoc
cultu So-
lin. c. 35.
& Plin. l. 8,
cap. 46.**

**Theode-
ret. q. 19.
in Exod.**

**Sapiēt. 11.
17.**

**S. Augu-
stin. in
tractat. de
conueni-
ent. plag.
10. & 10.
precepto-
rū. Apoc.**

crandæ impietatis cæremonias in Nilo, ce-
lebrare consueuerant, vt ibi Apim colerēt,
& adorarent crocodilos: cum DEO igitur
aquæ stare debebant, contra Deum adhibi-
tæ. 3. Quoniam Aegyptij Nilo ipsi, ob alia-
rum aquarum penuriam, & plurima huius
fluminis commoda, diuinos honores sacri-
legè tribuerunt. Hanc causam indicans
Theodoretus ait: *Cur primam aquæ plagam
intulit Deus? quia valde gloriabantur Aegyptij
de flumine suo, & hoc, pro Deo habebant: vt, qui
parem usum illis præberet, atque nubes cali.* 4.
Quoniam Aegyptij Hebræorum infantes
inclementer in Nilum projecerunt; vt ergo
sceleri pœna responderet, Nilum sibi exper-
ti sunt iracundum. *Nam per quæ peccat quis,
per hac & torquetur.* Quare loc. cit. scribit
Theodoretus, accidisse hanc plagam etiam
propter pueros Iudeorum in Nilum demersos:
*fluuus enim ille mutatus in sanguinem, velut
conqueretur de cade puerorum, per Aegypti-
os commissa.* Quam causam & S. Augustinus
indicat. Pœnæ huius æquitas, & illius, quæ
à Ioanne est prædicta, iisdem possunt verbis
intelligi, quibus vsus est terti⁹ Angelus, qui
effudit phialam iræ DEI super flumina, &
super fontes aquarum, & factò sanguine
dixit:

dixit: *Iustus es, Domine, qui es, & qui eras, qui hoc iudicasti: quia sanguinem Sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, digni enim sunt.* Non mirum est igitur, si & alij, per easdem res puniantur, quibus DEVM offenderunt; atque inde maxima detrimenta capiant, vnde utilitatem inhonestam, & illicitam voluptatem perciperunt. Sauciantur, fundunt sanguinem, fundunt vitam; non querantur, cum & ipsi causa fuerint, vt ab alijs quoque sanguis & vita funderetur; discant itaq; dicere: *Iustus es, Domine, qui es, & qui eras, qui hoc iudicasti.*

§. VII.

Eadem aqua, eodem tempore, Aegyptijs & Israëlitis non eadem.

Et vide mihi iustitiam diuinam, in aquis Aegypti, relucens. Eadem siue puteana, siue fluuialis aqua, quæ malis fuit mala, bonis bona extitit. *Amnis*, inquit Iosephus, *sanguineis fluentis prolabens, ad potus inopiam eos redegit; cum, præter aquam fluminis, nullum fontem habeant. Nec coloris tantum id erat vitium: sed, si quis siti coactus gustaret, confestim acri dolore corripiebatur. Erat q; talis aqua solis Aegyptijs; Hebraeis verò dulcis, potabilis*

Ioseph.
lib. 2. Antiquit.

N s tabilis